

In vi^o dⁿⁱ.

NILLO . . . *7th.*



CUM

ES

SEDE

SPONSATA.

In vigilia nat̄ domini.

.i. In ill̄ t. Cum esset depon̄s.

In. GALILI. CAHT V.

.ii. In ill̄ t. Exit edictum.

In. PRIMO. ORAHE.

.iii. In ill̄ t. Pastores loquebant̄.

Ad publicā. MISSA OR.

.iiii. In principio erat v.

In. NAT. S. STEPHANI. M.

.v. Ecce ego mitto

In nat. s. Iohis apli.

.vi. Dixit iesus petro. Seq̄re.

In nat. sc̄o Innocenti.

.vii. Angelus d̄ni apparuit.

In. Circumcisione d̄ni.

.viii. Postquam ēsummati.

In. ЕРУРНАХІА. ДНІ.

.viii. Cum natus esset.

In. Purificat̄. S. MARIE.

.x. Postquam impleti s̄

In. Annuntiat̄. S. MARIE.

.xi. Missus ē angl̄s gab.

In. DIE. PALMARV OR.

.xii. Cū appropinquassent.

In. СЕКА. ДОМИНИ.

.xiii. Ante diem festum.

Sabb̄o sc̄o. LASCHE.

.xiiii. Vespere autē sabbi.

In DIE. SACRO.

.xv. Maria magdalena.

ЕРІА. СЕВУДА.

.xvi. Exeuntes duo ex disc̄.

In vi^o dⁿⁱ.

NILLO . . . *7th.*



CUM

ES

SEDE

SPONSATA.

mater iesu maria ioseph. antequam conueni-
rent inuenta est in utero habens de spiritu sco.

Ioseph autem uir eius cum esset iustus. & nol-
let eam traducere. uoluit occulte dimitte-
re eam. Hec autem eo cogitante. ecce ange-
lus domini in somnis apparuit ei dicens.

Ioseph fili dauid. noli timere accipere ma-
riam coniugem tuam. Quod enim in ea
natum est. de spiritu sancto est. Pariet au-
tem filium. & uocabis nomen ei' iesum.

Ipse enim saluum faciet popu-

l v a. s v
v a. a. p e c
c a t l s
e o k v o.

N. ILL. E. M. P. ^{In galli cantu.}
^{l. v. c. a.}



XIIT.

EDIC

τ ογ. c s R

augusto. ut describeretur uniuersus orbis. Hec descriptio prima. facta est a preside syrie cyrino.

Et ibant omnes ut proficerentur: singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid. que uocatur bethlehem. eo quod esset de domo & familia dauid. ut proficeretur cum maria desponsata sibi uxore pregnante. factum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret & peperit filium suum primogenitum. Et pannis eum in

uoluit. & reclinauit eum in presepio. quia
non erat ei locus in diuersorio. Et pastores
erant in regione eadem uigilantes. & custo
dientes uigilias noctis supra gregem suum.

Et ecce angelus domini stetit iuxta illos. &
claritas dei circumfulsit illos. & timuerunt
timore magno. Et dixit illis angelus.

Nolite timere. ecce enim euangelizo uobis
gaudium magnū. quod erit omni pplo. quia
natus ē uobis hodie saluator qui ē xp̄s dñs
in ciuitate dauid. Et hoc uobis signū. Inueni
tis infantē pannis inuolutū. & positum in
presepio. Et subito facta ē cum angelo muta
tudo milicie celestis. laudantū deum. & di
centū. Gloria in altissimis deo. & in terra
pax hominib; bone uoluntatis.

Lucā.
IN. PRIMO. ORAHE.
N. ILLE. TEMP.

PASTORES.

PRO. QVEBANTVR.
ad inuicē. Transcamus usq; in
lehem. & uideamus hoc uerbum.

quod factum est. quod fecit dominus. &
ostendit nobis. Et uenerunt festinantes. &
inueniunt MARIAM. & ioseph. & infantē
positum in presepio. Uidentes autē. cogno
uerunt de uerbo quod dictū erat illis. de
puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati
sunt. & de his que dicta erant a pastoribus
ad ipsos. Maria autē conseruabat omnia
uerba hec. conseruens in corde suo. Et reuersi
sunt pastores glorificantes & laudantes de
um. in omnib; que audierant & uiderant

I sicut dictū est ad illos.

INITIŪ. S. EVGELII. SCĐM. IOH̄.

IN PRINCI

PIO. ERAT.

VERBUM. ET.

VERBVM. ERAT.

apud d̄m. Et deus erat uerbum.

Hoc erat in principio apud de



um. Omnia p̄ ipsum facta sunt. & sine ip-
so factum est nichil. Quod factum est. in
ipso uita erat. Et uita erat lux hominum. &
lux in tenebris lucet. & tenebre cā non com-
uit homo missus a deo.

Fprehenderunt. **I**prehenderunt.
cui nomen erat iohannes. Hic uenit in te-
stimonium. ut testimonium perhiberet de
lumine. ut omnes crederent per illum.

Non erat ille lux. sed ut testimonium perhibe-
ret de lumine.

Erat lux uera. que illuminat omnē hōmi-
nem ueniētē in hunc mundū. In mundo
erat. & mundus p̄ ipsum factus est. & mun-
dus cum non cognouit.

In propria uenit. & sui cum nō receperunt. Quot
quot autē receperunt eū. dedit eis potesta-
tem filios dei fieri. his qui credunt in nomi-
ne eius. qui non ex sanguinib; neq; ex uo-
luntate carnis. neq; ex uoluntate uiri. sed

Et uerbu caro factum **¶** ex deo nati sunt.
est. & habitauit in nobis. Et uidim' glam
eius. gloriam quasi unigeniti a patre. ple-
num gracia & ueritate. *s. Stephani. Math.*

N. ILL. TEM. P.

DICE

B A T.

IESVS. TIBIS. IVDEOR.

ECC. E. G. O. O. I. T
to ad uos pphetas. & sapien
tes. & scribas. & ex illis occi
tis. & crucifigatis. & ex eis flagellabi
tis. in synagogis uestris. Et psequemi

ni de ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super
uos omnis sanguis iustus. qui effusus est
super terram. a sanguine abel iusti usq; ad
sanguinem Zacharie filii barachie que occi
distis inter templum & altare. Amen di
co uobis. uenient hec omnia super genera
tionem istam.

Ierusalem. ierusalem. que occidis & lapidas
prophetas eos qui ad te missi sunt. quociens

uolui congregare filios tuos quemadmodum
gallina congregat pullos suos sub alas. & no
Ecce relinquetur uobis domus uestra **Y**luisa.
deserta. Dico enim uobis. non me uidebitis
a modo donec dicatis. Benedictus qui ue
nit in nomine domini. *Iohis. apli. sedm. Iohem.*

IN ILLO TEMPO
QUO IESUS
DIXIT
DOMNUS
IESUS PETRO
SECUENDUM
EQUUENSET
EUM



Conuersus petrus. uidit
illum discipulum quem dili
gebat iesus sequentem. qui & recubuit in
cena super pectus eius & dixit. domine.
quis est. qui tradet te. Hunc ergo cum ui
disset petrus. dicit iesu. DOMNE. hic autem quid.
Dicit ei iesus. Sic — cum uolo manere. do

7
nec ueniam. quid ad te. Tu me sequere.
Exiit ergo sermo iste inter fratres. quod disci-
pulus ille non mortuus. & non dixit ei iesus
quia non mortuus. sed sic cum uolo ma-
nere donec ueniam quid ad te. Hic est
discipulus qui testimonium phibet de his.
& scripsit hec. Et scimus quia uerum est te-
stimonium e i v s. *H. v. Innocentii. Math.*



A
IN. ILLE. TEM.
NGLS.
AP
E. R. V. I. T. I. H. S. O. O.
nis ioseph dicens. Surge & accipe pu-
erum & matrem eius. & fuge in egyp-
tum. & esto ibi usq; dum dicam tibi. futu-
rum est enim. ut herodes querat puerum
ad perdendum eum. Qui consurgens acce-
pit puerum. & matrem eius nocte. & seces-
sit in egyptum. & erat ibi usq; ad obitum

herodis. ut adimpleretur quod dictum est a domino per prophetam dicentem. Ex egypto uocaui filium meum. Tunc herodes uidens quoniam illusus esset a magis. iratus est ualde.

Et mittens occidit omnes pueros qui erant in bethlehe. & in omnibus finibus eius. a bimatu

T& infra. secundum tempus quod exquisierat tunc adimpletum est. quod die **8** a magis. tum est per ieremiam prophetam dicentem. Vox in rama audita est. ploratus & ululatus multus rachel plorans filios suos. Et noluit consolari quia non sunt. *In. Circumcisione dni. Luca.*



OST

QVA. CON

SUMMATI.

sunt dies octo. ut circumcideretur puer. uocatum est nomen iesus.

Quod uocatum est ab angelo. priusquam in utero conciperetur.



9
I. S. O. D. I. E.
E. R. U. R. N. A. C. I. E.
S. e. d. i. m. M. A. T. H. E. V.

M.

N. A.

T. V. S. E. S. S. E. T.

I. E. S. U. S. I. N. B. E. T. H.

L. E. H. E. M. I. V. D. E. I. N.

diebus herodis regis. ecce magi ab oriente
uenerunt ierosolimam dicentes. Ubi est qui
natus est rex iudeorum. Vidimus enim
stellam eius in oriente. & uenimus adorare

Audientem autem herodes rex turbatus
est. & omnis ierosolima cum illo. Et con-
gregans omnes principes sacerdotum. & scri-
bas ppli. sciscitabant ab eis ubi xps nasceretur.

At illi dixerunt ei. In bethlehem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethlehem terra iuda. nequaquam minima es in principibus. Ex te enim exiet dux. qui regat pplm meū isrl. **I**uda. **T**unc herodes clam uocatis magis. diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. **E**t mittens illos in bethlehem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero. & cum inueneritis renuntiate michi. ut ego ueniens adorē eum. **Q**ui cum audissent regem. abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente. antecedebat eos. usq; dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam. gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum. inuenerunt puerum cum maria matre eius. **E**t proidentes. adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera. aurum thus & mirram. Et responso accepto in somnis. ne redirent ad herodem. per aliam

V I S I T A T I O N E M
S I S T E R E T L I N E
R E G I O N E M
S V A M.





In purificatione s. marie. S. lucā.



POST

QUA.

IMPLE

TI. SUNT.

DIES. PUR

GA T I O H I S. Q U A —
rie secundum legem moysi. tulerunt il-
lum in ierusalem. ut sisterent cum domi-
no. sicut scriptum est in lege domini. quia
omne masculinum adaperiens uuluum.
sanctum domino uocabitur. & ut darent
hostiam secundum quod dictum est. in le

ge domini. par turturum. aut duos pullos co
Et ecce homo erat in ierusalem. **S**umbæ.
cui nomen symeon. & homo iste iustus & ti
moratus expectans consolationem israhel. &
spiritus sanctus erat in eo. Et responsum ac
ceperat a spiritu sancto. non uisurum se
mortem. nisi prius uideret xpm domini.

Et uenit in spiritu in templum. Et cum in
ducerent puerum iesum parentes eius. ut
facerent secundum consuetudinem legis
pro eo. & ipse accepit eum in ulnas suas.
& benedixit deum. & dixit. Hunc dimitt
is seruum tuum domine secundum uerbu
tuum in pace. quia uiderunt oculi mei
salutare tuum. quod parasti ante faciem
omnium populorum. lumen ad reuelatio

H E O. G E H T I V O.

E T. G L O R I A O

P U L E B I S.

T V E. I S

R A H E L.

In Annuntiatione s. Marie. scdm. lucā.

N. ILLI O. T. M̄.

MIS
SUS.

ESTAN

6 ELU S. 6 A

BRIEL. A DEO.


1 In galilea cui nomen naharath. ad uirginē
desponsatam uiro. cui nomen erat ioseph.
de domo dauid. & nomen uirgi nis
BRIEL. Et ingressus angelus ad eam dixit.



Aue gracia plena. dominus tecum. benedic
ta tu in mulieribus. Que cum audisset. tur
bata est in sermone eius. & cogitabat qualis
esset ista saluatio. Et ait angelus ei.

Ne timeas **ORARI**. inuenisti enim gratiam
apud deum. Ecce concipies ^{in utero} & paries filium.
& uocabis nomen eius iesum. Hic erit mag
nus. & filius altissimi uocabitur. Et dabit il
li dominus deus sedem dauid patris eius. &
regnabit in domo iacob in eternum. & regni
eius non erit finis. Dixit autem **ORARI**
ad angelum. Quomodo fiet istud. quoniam
uirum non cognosco. Et respondens ange
lus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in
te. & uirtus altissimi obumbrabit tibi. ideoq;
& quod nascetur ex te sanctum. uocabitur
filius dei. Et ecce elisabeth cognata tua. & ip
sa concepit filium in senectate sua. Et hic
mensis sextus illi que uocatur sterilis. quia
non erit impossibile apud deum omne uer

Dixit autem **ORARI**. Ecce ancilla
domini. **FINIS**. **OR. HUIUS**
SECVLIV. VERBVM. TVV.



In. Die scō. Palmæ. scdm. MATHEV.



CUM

AP

PROPIN

QUASSET.

IEROSOLIMIS.

ET. VEHISSE ET. Bethanie ad montem oliueti. tunc iesus misit duos discipulos dicens eis. Ite in castellum. quod contra uos est. & statim inueniatu asinam alligatam. & pullum cum ea. Solutu.



227
100
11
12





ANTE DI

EM FES

TV M PA

S C H E . S C I E N S .

iesus. quia uenit hora eius. ut transeat ex hoc mundo ad patrem. cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos.

Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor: ut traderet eum iudas symonis scariothes.

Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. & quia a deo caruit. & ad deū uadit. surgit a cena. & ponit uestimenta sua. Et cum accepisset linteam. precinxit se. Unde misit aquam in bolum. & cepit lauare pedes discipulorū. & extergere linteo. quo erat p̄uinctus.

Uenit ergo ad symonē petrum. & dicit ei petrus. Domine tu michi lauas pedes. Respon

dit ihs. & dicit ei. Quod ego facio. tu nescis
modo. scies autem postea. Dicit ei petrus.

Non lauabis michi pedes in aeternum. Respon
dit ei ihs. Si non lauero te. non habebis partem
mecum. Dicit ei symon petrus. Domine. non
tantum pedes meos. sed & manus & caput.

Dicit ei iesus. Qui lotus est non indiget. nisi ut
pedes lauet. sed est mundus totus. Et uos mun
di estis. sed non omnes. Sciebat enim quisnam
esset qui traderet eum. propterea dixit.

Non estis mundi omnes. **P**ostquam ergo lauit
pedes eorum. & accepit uestimenta sua. cum
recubuisset. iterum dixit eis. Scitis quid fecerim

Uos uocatis me. magister & do **Y**rim uobis.
mine. & benedicatis. Sum enim.

Si ergo laui uestros pedes dominus & magi
ster. & uos debetis alter alterius lauare pe

Exemplum enim dedi uobis. **X** dcs.

V T. Q V E O A B O O B V O

E G O. F E C I. V O B I S.

I T A. E T. V O S. F A

C I A T I S.

ΣΑΒΒΑΤΟ. ΣΕΟ. ΠΑΣΧΕ.
ΣΕΩ. Μ. ΟΥΛΤΗΕΥΟΥ.



RE·A·U
 TEM·SABBA
 TI·QUE·LU
 CESCIT·IN·

primam sabbati. uenit & **MARIA** magda-
lena. & altera **MARIA** uidere sepulchrū.

Et ecce tremotus factus est magnus.

Angelus enim domini descendit de celo. &
accedens reuoluit lapidem. & sedebat super

Erat autem aspectus eius sicut fulgur. & uestimentum eius sicut nix.

Pro timore autem eius exterriti sunt custodes.
et facti sunt uelut mortui.

Respondens autem angelus. dixit mulieribus.
Nolite timere. Scio enim. quod iesum qui cruci-
fixus est queritis. Non est hic. surrexit enim
sicut dixit. Venite & uidete locum. ubi posi-
tus erat dominus. Et cito cuntes dicite discipu-
lis eius quia surrexit. & ecce precedet uos in

G A L I L E
A O; I B I. E
V A. V I D E B I
T I S. E C C E
D I X I.
V O B I S.



salome emerunt aromata. ut uenientes
ungerent iesum.

Et ualde mane una sabbatorū ueniunt ad
monumentum. orto iam sole. Et dicebant
ad inuicem. Quis reuoluet nobis lapidē ab
ostio monumenti. Et respicientes. uiderunt
reuolutum lapidē. Erat quippe magnus ualde.

Et introeuntes in monumentū. uiderunt iuue
nem sedentē a dextris coopertū stola candida,
& obstupuerunt.

Qui dixit illis. Nolite expauescere. Iesum que
ritis nazarenum. crucifixū. Surrexit. non est hic.

Ecce locus. ubi posuerunt eū. Sed ite discipulis
eius & petro. quia p̄cedet uos in galileā. Ibi eū
uidebitis. sicut dixi uobis. *Fr. II. S. LUC. 24. 1.*



N. ILL. O. T. E. M. P.

RE

VNTES.

DUO.

22
ex discipulis iesu. ibant ipsa die in castellum
quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab ie-
rusalem. nomine emmaus. Et ipsi loqueban-
tur ad inuicem. de his omnib; que acciderant.

Et factum est dū fabularentur: & secum quere-
rent. & ipse iesus appropinquans ibat cū illis.

Oculi autem eorum tenebantur: ne eum ag-
noscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hi ser-
mones. quos confertis ad inuicemambu-
lantes & estis tristes. Et respondens un⁹
cui nomen cleopas. dixit ei. Tu solus
peregrinus es in ierusalem. & non cognouisti.
que facta sunt in illa in his diebus. Quibus
ille dixit. Que. Et dixerunt. De iesu nazare-
no. qui fuit uir propheta. potens in opere. &
sermone coram deo. & omni populo. & quo-
modo tradiderunt eum summi sacerdotes.
et principes nostri in dampnationem mor-
tis. & crucifixerunt eum. Nos autem speraba-
mus. quod ipse esset redempturus israhel.

Et nunc sup hec omnia. tertia dies ē hodie.
quod hec facta sunt. Sed & mulieres quedā
ex nr̄is terruerunt nos. que ante lucem fue-

runt ad monumentum. & non inuenit corpore eius. uenerunt dicentes se etiam uisionē angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere.

Et abierunt quidā ex nr̄is ad monumentum. & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsum uero non inuenerunt. Et ipse dixit

Ostulti. & tardi corde. ad credendum. in omnibus que locuti sunt prophete. **Y** ad eos.

Nonne hec oportuit pati xpm. & ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a moysē. & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturas. que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quo ibant. & ipse finxit se longius ire. Et coegerunt illum dicentes.

Mane nobiscum. quoniam aduersperasset. & inclinata ē iam dies. Et intrauit cum illis.

Et factum ē cum recumberet cum illis. accepit panem. & benedixit. ac fregit. & porrigebat illis. Et ap̄ta sunt oculi eorum. & cognouerunt eum. Et ipse euauit ex oculis eorum.

Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nr̄m ardens erat in nobis. dū loqueretur in uia. & aperiret nobis scripturas. Et surgentes eade

hora regressi sunt in ierusalem & inuenerunt undecim. & eos qui cum ipsis erant dicentes. quod surrexit dominus uere. & apparuit sy

Et ipsi narrabant que ^{gesta} erant in uia. **Y**moni. et quomodo cognouerunt eum in fractione

fr. iii. sedm. l. v. c. a. **Y** panis.

N. I. L. X. T. E. M. P.



**ET ITA
IESUS
IN MEDO.**

discipuloru suoru. & dicit eis. Pax uob.

Ego sum. nolite timere. Conturbati uero & territi. existimabant se spiritum uidere. Et dicit illis. Quid turbati estis. & cogitationes ascendunt in corda ura.

Videte manus meas. & pedes. quia ipse ego **P**alpat. & uidete. quia spiritus **Y** sum.

carnem & ossa non habet. sicut me uidetis habe
re. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus & pe

Ad huc autem illis non credentibus. **d**es.
et mirantibus pro gaudio. dixit. Habetis hic
aliquid quod manducetur? At illi obtule
runt ei partem piscis assi. & fauam mellis.

Et cum manducasset coram eis. sumens reliqui
as dedit eis. & dixit ad ^{eos} Hec sunt uerba. que
locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum.
quoniam necesse est impleri omnia. que scrip
ta sunt in lege moysi. & prophetis. & psalmis

Tunc aperuit illis sensum. ut intel **l** de me.
ligerent scripturas. & dixit eis. Quoniam sic
scriptum est. & sic oportebat patri xpm. & re
surgere a mortuis die tertia. & predicari in

H O M I N I B U S . E I U S . P E N I
T E N T I A M . E T . R E
M I S S I O N E M . P E C
C A T O R U M . I N . O M N I
B U S . G E N T I B U S .

F E R I A . Q U A R T A .
L E C T I O . S C I . E W A N G E L I I .
S E C U N D I . J O H A N N E S .

NIL ET MP.



MANIFESTAVIT SE.

iesus ad mare tyberiadis. manifesta-
vit autem sic. Erant autem simul sy-

mon petrus & thomas. qui dicitur didimus.
& nathanahel qui erat a chana galilee. & filii
Lebedei. & alii ex discipulis eius duo.

Dicit eis symon petrus. Vado piscari. Dicunt ei.

Venimus & nos tecum.

Et exierunt & ascenderunt in nauim. & noc-
te illa nichil prendiderunt. Mane autem
facto. stetit iesus in litore. non tamen cog-
nouerunt discipuli quia iesus est. Dicit ergo

cas iesus. Pueri. nunquid pulmentarium habe-
tis. Responderunt ei. Non. Dicit eis. Mittite
in dexteram nauigi rete. & inuenietis.

Miserunt ergo. & iam non ualebant illud trahere
propter multitudinem piscium. Dicit ergo discipu-
lus ille. quem diligebat iesus petro. Dominus

Symon petrus. cum audisset quia **Y** est.
dominus est. tunica succinxit se. erat enim nu-
dus. & misit se in mare. Alii autem discipuli.
nauigio uenerunt. Non longe enim erant a
terra. sed quasi cubitis ducentis trahentes rete

Ut ergo descenderunt in terram. **Y** piscium.
uiderunt prunas positas. & piscem super posi-
tum & panem. Dicit eis iesus. Afferite de pisci-
bus. quos prendidistis nunc. descendit symon
petrus. & traxit rete in terram plenum mag-
nis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum
tanta essent. non est scissum rete. Dicit eis ihs.

Uenite. prandete. Et nemo audebat discumben-
tium. cum interrogare tu quis es. scientes quia
dominus est. Et uenit iesus. & accepit panem. &
dat eis. & piscem similitim. Hoc iam tertio manifestat
est ihs discipulis suis. cum resurrexisset a mortuis.

In. ascensione dni. sedm. Matheum.

N·I·L·L·I·T·
R·E·
 CŪ
 B·E·N·T·I
 ū·S·V·N·D·E
 C·I·M·D·I·S·C·I

P·U·L·L·I·S·A·P·P·A·R·V
 et illis iesus. & exprobrauit incredulitatem
 illorum & duriciam cordis. quia his qui ui
 derant cum resurrexisse non crediderunt.

Et dixit eis. Euntes in mundum uniuersum.
predicauit euuangelium omni creature. Qui
crediderit. & baptizatus fuerit. saluus erit.

Qui uero non crediderit. condemnabitur.

Signa autem eos qui crediderint hec sequentur.

In nomine meo demonia cicient. linguis lo-

quentur nouis. serpentes tollent. Et si moru-

feru quid biberint. non eos nocebit. Super egros

manus imponent. & bene habebunt. Et dominus qui

dem ihesus postquam locutus est eis assumptus est in

celum. & sedet a dextris dei. Ilii autem profecti. predicauerunt

ubique domino cooperante. & sermonem confirmant

te. sequentibus signis. *VI. P. H. S. Iohem.*

N. I. X. L. O. T. H. M. P.

DIXIT. D. I. D. SVIS.

ADIGITS

ME. MANDATA.

mea seruate. Et ego rogabo patrem. & alium pa-

raclitum dabit uobis. ut maneat uobiscum in et-

ernum. spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere.

quia non uidet eum nec sentit eum. Hos autem cogno-

sectis eum. quia apud uos manebit. & in uobis.

Non relinqua uos orphanos. uenia ad vos. **V**erit.

Adhuc modicum. & mundus me iam non uidet.

Vos autem uidetis me. quia ego uiuo. & uos uiue

Illo die cognoscetis. quia ego sum in pa **T**ris.

tre meo. & uos in me. & ego in uobis. Qui ha

bet mandata mea. & seruat ea. ille est qui dili

git me. Qui autem diligit me. diligitur a patre

Et ego diligam eum. & manifestabo ei **S** meo.

A **E** **I** **P** **S** **V** **O**.





Seco die. T. scdm. Johem.
N. I. L. X. T.

EXIIT Dñs.

IHS. O. S.

SQUIS
DILI

GIT ME.

SERMON E.

ME V. SERUABIT.



Et pater meus diligit eum. & ad eum uenimus.
& mansionem apud eum facimus. Qui non
diligit me. sermones meos non seruat.

Et sermonem quem audistis non est meus. sed
eius qui misit me patris. Hec locutus sum
uobis. apud uos manens.

Paraclytus autem spiritus sanctus. quem mit-
tat pater in nomine meo. ille uos docebit
omnia. & suggeret uobis omnia quaecunq;
dixero uobis. Pacem relinquo uobis. pacem
meam do uobis. Non quomodo mundus
dat. ego do uobis. Non turbetur cor uestrum.
neq; formidet. Audistis quia dixi uobis. ua-
do & uenio ad uos. Si diligeritis me gaude-
ritis utiq; quia ad patrem uado. quia ad
patrem uado. quia pater maior me est.

Et nunc dixi uobis priusquam fiat. ut eum
factum fuerit credatis. Iam non multa lo-
quar uobiscum. Venit enim princeps mun-
di huius. & in me non habet quicquam.

Sed ut cognoscat mundus quia diligo pa-
trem. & sicut mandatum dedit michi pa-
ter sic facio. *Fr. 11. Sedm. Iohanna.*

N. ILL. O. T.

D. I. X. D. I. O. S.

S. I. C. E. N. I. O. S. D. I. L. E. X.

IT. A. V. H. D. V. M. V. T.

filium suum unigenitum dedit.
ut omnis qui credit in ipso non perdat. sed
habeat vitam eternam. Non enim misit deus
filium suum in mundum. ut iudicet mundum.
sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui cre-
dit in eum non iudicatur. Qui autem non cre-
dit iam iudicatus est. quia non credidit in nomi-
ne unigeniti filii dei. Hoc est autem iudicium. quia
lux venit in mundum. & dilexerunt ^{homines} magis
tenebras quam lucem. tam enim corum mala opera.

Omnis enim qui male agit odit lucem. & non
uenit ad lucē. ut n̄ arguantur opa eius. Qui
autem facit ueritatē uenit ad lucē. ut mani
festentur opa eius. quia in dco facta s v h t.

Fr. iii.

s. Iohem.


LUN. ILX. T. S. Iohem.
DIXIT D. I. D. S.
AMEN.
A M D C O.

V O B I S. Q V I. H O H. I H

trat postium in ouile ouium. sed
ascendit aliunde. hic fur ē & latro.

Qui autem intrat postiuū. pastor ē
ouium. Huic ostiarius aperit. & uo
cem eius oues audiunt. Et pprias oues uocat
nominatim. & educit eas. Et cū pprias oues
emiserit. ante eas uadit. & oues illū secuntur.
quia sciunt uocē eius. Alienuū autē non secun
tur. s; fugiunt ab eo. quia n̄ nouerunt uocē

alienox. Hoc puerbium dixit eis ihs. Iui autem
 non cognouerunt. quid loqueretur eis. Dixit
 ergo eis iterū ihs. Amen amen dico uobis. quia
 ego sum ostiū ouiu. Omnes quotquot uenerunt.
 fures sunt & latrones. sed n̄ audierunt eos oues.
Ego sum ostiū. P̄ me si quis introierit saluabit̄.
 & ingrediet̄. & egredietur & pascua inueniet.
Fur n̄ uenit. nisi ut furet̄. & mactet & pdat.
Ego ueni ut uitā hābant. & abundantius
 hābant.





In. nat. sci.
Iohis. baptiste.
scdm. lve. m.



BOBETH.

IMPLETUM.

EST TEM

PUS. PARIENDI.
ET. PEPERIT. FILIUM.

Et audierunt vicini & cognati eius. quia
magnificavit dominus misericordiam

105

suam cum illa. & congratulabantur ei.

Et factum est in die octauo. uenerunt circum-
cidere puerum. & uocabant eum nomine
patris sui Zachariam. Et respondens mater
eius dixit. Nequaquam. sed uocabitur iohan-

Et dixerunt ad illam. Quia nemo est **I**nes.
in cognatione tua. qui uocetur hoc nomine.

Innuebant autem patri eius. quem uellet uoca-
ri eum. Et postulans pugillarem. scripsit di-
cens. Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt
uniuersi. Apertum est autem ilico os eius & lin-
gua eius. & loquebatur benedicens dm. Et
factus est timor sup omnes uicinos eorum. &
p omnia montana iudce diuulgabantur
omnia uerba hec. Et posuerunt omnes qui
audierant in corde suo dicentes. Quis putas
puer iste erit. Et enim manus domini. erat
cum illo. Et zacharias pater eius impletus
est spiritu sancto. & prophetauit dicens.

benedictus dominus deus israhel. quia ui-
sitauit & fecit redemptionem plebis sue.



In nat. s. legi.
N. I. L. T. scdm. Math.

QUAE
IESUS.
IN PAR

TES. CAESAREE.

PHILIPPI ET ITER
rogavit discipulos suos dicens. Quem di
cunt homines esse filium hominis.

At illi dixerunt. Alii iohannem baptistam.
alii autem heliam. alii uero ieremiam. aut
unum eorum prophetarum. Dicit eis iesus. Vos autem
quem me esse dicatis. Respondens symon
petrus dixit. Tu es xps filius dei uiui.

Respondens autem iesus dixit ei.
Cecus es symon bariona. quia caro & san-
guis non reuelauit tibi. sed pater meus qui
in celis est. Et ego dico tibi. quia tu es petrus
& super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. & portae inferi non preualebunt
aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni

Et quodcumque ligaueris **T**errestrium.
super terram. erit ligatum & in celis.

E T. Q V O B C V H Q;
S O L V E R I S. S V
P E R. T E R R A M. E
R I T. S O L V T V.
E T. I N. C E L I S.

In assumptione. S^ce. M^aRIE.
Señ a. h. v. e. a. b. o. r. u. l. l. i.



N. ILL. T.

NTRA

UIT.

IESUS.

IN. QVOD

DAM. CASTEL

LUM. ET. MVLI

er quaedam **M A R T H A** nomine excepit
illum in domum suam.

Et huic erat soror: nomine **M A R I A**.

Que etiam sedens secus pedes domini. audiebat
uerbum illius: **M A R T H A** autem sa-
tagetbat circa frequens ministerium. Que
stuit & ait. Domine: non est tibi cure quod
soror mea reliquit me solam ministrare.

Sic ergo illi: ut me adiuuet. Et respondens
dixit illi dominus. **M**artha. martha: solli-
cita es. & turbans erga plurima. Porro. unū
est necessarium. **M A R I A**. optimam par-

T E M . E L E G I T .
Q U E . H O N .
A V F E R E
T V B . A B
E A .

H A T A L E
S A H C T I .
A V G V S T I H I .
E P I S C O P I .
S E C V N D V M .
L I V M T A M .

N. ILE. T.

DIXIT. O. I. D. S.

PARABOLA. HAC.

DOM.

QUI

DANO

BILIS. ABIT.

IN REGIONEM. LONGINQUAM. ACCIPERE SIBI REGNUM & REVERTE.

VOCATIS AUTEM DECIM SERVIS SUIS. DEDIT ILLI DECIM MNAS. & AIT AD ILLOS. NEGOCIAMINI



dum uenio. Cives autem eius oderant illum.
& miserunt legationem post illum dicen-

Nolumus hunc regnare super nos. **U**ris.
Et factum est ut rediret a cepto regno. iussit
uocari seruos quibus dedit pecuniam. ut
sciret quantum quisq; negociatus esset.

Venit autem primus dicens. Domine. mna
tua. dccē mnas acquisiuit. Et ait illi. **L**uge
bone serue. quia in modico fidelis fuisti.
eris potestate habens sup decem ciuitates.

Et alter uenit dicens. Domine. mna tua.
fecit quinq; mnas. Et huic ait. Et tu esto sup
quinq; ciuitates. Et alter uenit dicens. Dñe.
ecce mna tua. quam habui repositam in su-

Timui enim te. quia homo austeris **d**ario.
et tollis quod non posuisti. & metis quod n̄
seminasti. **D**icit ei. De ore tuo te iudico.
serue nequā. Sciebas quod ego austeris ho-
mo sum tollens quod n̄ posui. & metens qd̄
non seminavi. & quare n̄ dedisti pecuniam
meam ad mensam. Et ego ueniens. cum usu-
ris utiq; exegissem illud. Et astantib; dixit.

Auferre ab illo mnam. & dare illi qui decem

mnas habet. **D**ico autē uobis. quod omni ha
benti dabitur: ab eo autem qui non habet. & qd
habet auferatur ab eo.





mnas habet. **Q**uo autem uobis. quod omni habenti dabit. ab eo autem qui non habet. & quod habet aufertur ab eo.

Ih. **ἸΑΤΙΥΙΤΑΤΕ. S. ΜΑΒΙΕ.**

INITIV. **S. ΕΥΓΕΙΙ. S.**



MATHΕΥ.

ΙΒΕΡ.

ΓΕΝΕ

ΡΑΤ

ΟΝΙΣ. ΙΗΥ. ΧΡΙ.

ΦΙΛΙΙ. ΔΑΥΙΔ.


filii abraham. Abraham genuit ysaac. ysaac
autem genuit iacob. Iacob autem genuit iuda.
& fratres eius. iudas autem genuit phares & zara
de thamar. Phares autem genuit esrom. es-
rom autem genuit dram. dram^{autem} genuit ami-
nadab. aminadab autem genuit naason.

Naason autem genuit salmon. salmon autem
genuit booz de raab. Booz autem genuit
obeth ex ruth. obeth autem genuit iesse.

Iesse autem genuit dauid regem. dauid autem
rex genuit salemonem ex ea que fuit urie.

Salemon autem genuit roboam. roboam autem
genuit abiam. Abia autem genuit asa. asa
autem genuit iosaphat. iosaphat autem genuit
ioram. ioram autem genuit othias. Othias autem genuit
ioatham. ioatham autem genuit achaz. achaz
autem genuit chechias. chechias autem genuit
manassen. Manasses autem genuit ammon.
ammon autem genuit iosias. iosias autem genuit
icchonias. & fratres eius in transmigracionem
babilonis. Et post transmigracionem babilo-
nis. icchonias genuit salathiel. Salathiel
autem genuit zorobabel. zorobabel autem genuit

it ¹abiuth. Abiuth autem genuit diachim. dia
 chim autē genuit a¹hōr. a¹hōr autē genuit sadoch.
 sadoch autē genuit a¹chi. achim autē genuit diud.
 diud autē genuit dca¹har. dca¹har autē genuit
 mathan. mathan autē genuit iacob. iacob autē
 genuit ioseph. De qua natus ē ihs ¹quocāt xps. ^{uirū marie}





In dedicatione eccle. Scdm. h. v. c. a. o. z. a.

NILLET.

NGRES

SUSIE

SUSPER

AMBULA

BATIERICHO;


ET ECCE VIR.



nomine Zachaeus. & hic erat princeps publica
norum. & ipse diues. Et querebat uidere iesum.
quis esset. & non poterat pro turba. quia statu
ra pusillus erat. Et precurrentis ascendit in arbo
rem sicomorum. ut uideret eum. quia inde
erat transiturus. Et cum uenisset ad locum.
suspiciens iesus uidit illum. & dixit ad eum.

Zachae festinans descende. quia hodie in domo
tua oportet me manere. Et festinans descen
dit. & suscepit illum gaudens. Et cum uide
rent omnes. murmurabant dicentes. quod ad
hominem peccatorem diuersisset. Stans
autem zachaeus. dixit ad iesum. Ecce dimi
dium bonorum meorum domine do paupe
ribus. & si quid aliquem defraudaui. reddo
quadruplum. At iesus ad eum. Quia hodie
salus domui huic facta est. eo quod & ipse
filius sit abrahae.

Uenit enim filius hominis querere & saluum
F A C E R E. Q U O D
P E R I E R A T.



In fest. s. Michael archangli. Nathe. h



N. I L T. E M P.

CCES

SE

RUNT DI

SCIPULLI.

AD IE SVM. O I

CE ET E S. Q VIS. PVTAS
maior est in regno celorum. Et aduocans
iesus paruulu. statuit eu in medio eor & dix.

A mendico uobis. nisi conuersi fueritis & efficiami
mini sicut paruuli. n̄ intrabitis in regnū celorū.

Q uicumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus
iste. hic ē maior in regno celoꝝ. Et qui suscepe
rit unū paruulū tale in nomine meo. me susci

Q ui autē scandalū hauerit unū de pusil
is istis. qui in me credunt. expedit ei. ut suspen
datur mola asinaria. in collo ei. & dimergetur
in pfundū maris. **V**e mundo ab scandalis. **V**e
runtamen ut homini. p̄ quē scandalū uenit.

S i autē manū tua uel pes tuus scandalū h̄at te.
abscede eū & pice abs te. Bonum ē tibi ad uitā
ingredi debile uel claudū. quā duas manū. &
duos pedes habentē mita in ignē eternum.

E t si oculus tuus scandalū h̄at te. erue eū & pice
abs te. Bonum ē tibi unum oculū habentē
in uitam intrare. quā duos oculos habentē
mita in gehennam ignis.

Q uidete ne contempnatis unum ex his pusillis.
Q uo enim uobis. quia angeli eorum semper
uident faciem patris mei. qui in celis est.

In. **F**EST. **O** M N I V. **S** E C O R V.

S E C V N D V. **M** A T H E V O I.

N. I. L. E. T.
VIDE
N. S.
 IESUS.
 TURBAS.

ASCENDIT IN:
 M O N T E M. **E**T cum sedisset. acces-
 serunt ad eum discipuli eius. **Y** celorum.
ET aperiens os suum. docebat eos dicens.
Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum.

Beati mites. quoniam ipsi possidebunt terram.

Beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur.

Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Beati mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt.

Beati pacifici. quoniam filii dei uocabuntur.

Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam. quoniam ipsorum est regnum celorum.

Beati estis cum maledixerint uobis. & persecuti uos fuerint. & dixerint omne malum aduersum uos mentientes. propter me.

Gaudete & exultate. quoniam merces uestra copiosa est in celis.



Grundr / 10. 15. 20. 27. 30. 32. 37.
39.

31 Initialen.

2. März 74

B. St.

Et
Corroliene
Verum vindictum
et
Integritati Restitutum
Anno
1793



Cimel. C. 3. | Cim. 162 |

Cod. lat.
16002



Ex Bibliotheca Ecclesie
Collegiate Lateranensis ad
S. Nicolaum prope Passavium

Franz. Puchholzer S. Nicolai





